Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mum uale fecit. absentibus demandas
sua in una caritate. simul omnes obsecrans
et contestans. ut in unitate ecclesie et
subiectione sedis apostolice. quorum s. abbe
datum fuerat. usque ad mortem immobi
liter permanerent. Ad extremum eleuatis ma
nibus coram omnibus breui sermone sic con
clusit. Testem inuoco dominum. qui semper usque
nunc fidelem ac benignum erga uos egi. Quo
de oratorio reportato. sigillatim quoque
cum gemitu et suspiriis ad eum confluebant.
Ad quos diguum memoria uerbum dicebat
Iusti hominis obitus non est mors ducenda sed
potius immutatio. quia mutatur de mortali
tate ad immortalitatem. de terrenis ad
celestia. Postera die cum domum infir
morum deportato. et omnium fratrum illuc
congregato. infra meridie cunctis mise
rabiliter flentibus ac lugentibus. in. xi. ma
lii beato fine perfunctus. quinta feria
meritis plenam deo reddidit. atque de egyp
to huius mundi erepto terram uiuentium
perenniter habitaturus adiit. Conuenientibus